

nutriens omnes paciēter audiens et tollerans singularitates euitans cōmunem vitam seqns cum potest nemini blandiens coniunctis affabilis susurratio nes detractiones irrisiones cōfabulationes maledictiones et contentiones in se et in subditis eliminans.

Si malas cōsuetudines seu corruptelas contra regulam et religionis decentiam induxit aut prius inductos non extirpauit quantum potuit vt proprietatis vicium. Fratrum discursum ad placitum. familiaritates mulierum. esum carniū vbi est prohibitum. et alia huiusmodi precipue contra tria essentialia vota religionis gūiter peccauit. Quis nichil apud deum est damnabilius officio prelatōnis si perfunctorie exerceatur. xl. di. ante omnia. Debet igitur prelatus omni circumspectione diligentia sollicitudine et timore sic de sibi commissis curam querere qd sit irreprehensibilis apud deum et homines qd si non potest huiusmodi corruptelas et relaxationes extirpare nec posse sperat in futurum propter pertinaciam et contumaciam seu rebellionem subditorum eorum curas dimittat. ij. q. i. §. quando vero.

Religiosus.

Religiosis possunt queri ea que habentur

supra. c. xv. de clericis. et c. se. si habent beneficium curatum Si sunt predicatorum potest ab eis queri si predicauit existens in mortali. nam mortaliter peccauit totiens sic predicauit. Vm Tho. idem videtur quotienscūq; scandalosa predicauit aut scādalum vel seditionem in plebe concitauit. Si sine licentia suorum superiorum officium predicatōis exercere presumpsit mortale videtur. Si predicauit principaliter hac intentione vt reciperet pecuniam vel laudem vel fauorem popularem mortaliter peccauit et symoniam mentalem commisit. i. q. iij. c. non solus. Con. tho. et Ric. in. iij. di. xv. ar. iij. q. ij. et si super hoc paciscatur symoniam incurrit etiam quo ad ecclesiam. Si predicauit nimis curiosa principaliter ad sui ostentationem et inanem gloriam ibi constituendo finem suum mortale est. Si habens gratiam predicandi a predicatione se subtrahit precipue cum a superioribus sibi iniungeret peccauit. Si predicando aliqua ad retrahendum personas a solutione decimarum dixit ipso facto excommunicatus est. vt in de. cupientes. de penis. et idem de omni religioso etiam non predicatorum. vt ibi. sed vt habeat locum hec excoicatio requiritur qd talia verba pferantur intentione